Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26227
Copyright: Admont, Benediktinerstift



44

custodi mendax ē. si nec deum quis potest diligere. nisi diligat proximum. Vnde idem iohis ait. qui non diligit proximum quem uidet. quomodo potest deum diligere quem non uidet. Item. Si quis uiderit proximum suum necessitatem habentem. et clauserit uiscera sua ab eo. numquid caritas dei manet in eo. Nemo quod sibi blandiatur dicens se diligere deum si non diligat proximum. neque proximum se diligere fateatur quem tamquam seipsum diligere debet. nisi secundum apostolicum consilium operetur bonum ad omnes. maxime autem ad domesticos fidei. i. ad eos qui sunt de familia nostra per fidem. i. ad xpianos. Omnibus quidem dilectione uita eterna optanda est. et si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia. quae fratribus. sunt maxime impendenda. quia faciliores et expediciores in bono esse fratres esse debemus cum simus inuicem membra. si enim uinctis libratis frena laxantur maxime in domesticis. et in xpianos laxari debent. qui habent eundem patrem eidem magistri apellatione censentur. Operemur igitur bonum dum tempus habemus. Tempus seminandi est presens uita qua currimus. In hac uite nobis quolumus seminare. cum uero transierit operandi tempus auferetur. unde uitas in euangelio ait. Operamini dum dies est. uenit nox quando iam nullus poterit operari. Si igitur primum opus. quae est merces dilectionis audi et uide. qui seminat in spiritu de spiritu metet uitam etiam sic qui seminat in carne de carne metet corruptionem. Et iterum. qui parce seminat parce et metet. et in benedictionibus metet. et etiam audistis seminationis spiritualis primum. dilectionis autem merces in epistola canonica iohis insinuatur. Deus caritas est. et qui manet in caritate. in deo manet. et deus in eo. Et quantum est manere in eo. et here dum in se manentem. Veritas quoque in euangelio ait. Si quis diligit me diligetur a patre meo. et ad eum uenient et mansionem apud eum faciemus. Ecce magnas fabulae bonum merces sublimis. si ad eum uenient et mansionem apud eum fecerit.